

extiterit, custodiens nostri apostolici instituti, ad cultum Dei respicientem benedictionis gratiam a misericordissimo Domino Deo nostro multipliciter consequatur, et vite eterne particeps officii mereatur. Scriptum per manus Benedicti Mariani I. R. E. in mense Julij. Indictione 5^a in sacratissima sede S. Petri Apostoli, 13^o anno Pontificatus Nri Stephani Pape II. BENEX LEE.

Si nec Præceptum daturum fuit
Inductio. V. d. d. ad septem. An. 752. qui fuit I. non III. fuit
fornicis.

Hoc siquidem tempore Christianissimus Princeps Arichis in territorio Nepesano Ecclesiam construxerat in honorem Ammini Salvatoris, et Monasterium puellarum instituit, atque ditioni S. Vincentij Martyris subdidit.

Ato IV. Abb. moritur
An. 760.

Consummatis autem ven. Ato in sancto regimine annis 21. obiit 7^o Kal: Januarij. Indictione 13^a anno Incarnationis Domini 760. et post parturatum qui annis presueral 10. Capinense Canonicum Hermenis suscepit regendum, quo post annum defuncto, Gratianus succedit.

Hermes p. 19 V. Abb.
moritur An. 763.

Hermes p. 19 Abbas S. Vincentij presuit sacro canonicis an: 13. mens. 2 dieb. 20. obiit 11^o Kal. Aprilis. anno Domini 763. Indictione 1^a et in Monasterio S. Benedicti Gratiano post annos quatuor, obeunte Romichis, eligitur, et hoc post sex annos mortuus. Loto perfectus.

Ioannes VI. Abb.

Ioannes Abbas S. Vincentij. Hic Præceptum accepit a Desuise Duce minore continentiem ito.

Præceptum Gisulphi
Ducis

IN nomine Domini Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi. Concessimus nos Dñs vir gloriosus Gryulfus summus Dux Gentis Longobardorum, Monasterio S. Vincentij Levis, et Martyris Christi, ubi Dñs Joannes Abbas præsepe videtur, in territorio Beneventano Ecclesiam S. Mariani quam edificabit Poto Presbiter, et Monachus in territorio Sorano, in ipso colle que post suum obitum casa ejus in nostro Palatio romansit, cum omnibus rebus, et possessionibus, et pertinentiis suis, quas habet fines, prefato colle cum terra ubi præd. Ecc^a edificata est, ab una parte viam, unde per tempus aqua decurrit, 2^a parte viam qui nominatur aarno, et terra ubi edificatum est Monasterium S. Columbe. Subjecte præd. Monasterio S. Vincentij, et viam: de 3^a parte in aquario præd. Monasterij, et coniungit se in jam d^o viam: 4^a parte viagine, et terra fines S. Justa. Quam et concedimus in jam d^o Monasterio, Ecclesiam S. Salvatoris in in præd. territorio, Loto coco, et Ecclesiam S. Archangeli cum omnibus rebus, terris, montibus, aquis, pascuis, pertinentijs ad ipsas Ecclesias quatuor habear, et possideat pars Tam d^o Monasterij S. Vincentij, ut de hac nostris conceptione

quang